Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

scientia & pscientia pollens animus. cui cuncta
preterita & futura ita nota sint sicut unum canticum
notissimum numium mirabilis ē animus iste. atq; ad
horrorē stupendus. quippe quē ita non latent quicqd
pactum & quicqd reliquum seclorum est. quem admodum
me non latuit cantantem illud canticum. quid & ēgo
tum eius abierit ab exordio. qd & quantum restet ad
finē. S; absit ut tu conditor universitatis. conditor
animarum & corporum. absit ut ita noueris omnia fu
tura & preterita longe tu longe mirabilius longeq;
secretius. Hecq; enim sicut nota canticis notum ut cantum
audientis ex spectacione uocum futurarum. & memoria
preteritarum uariat affectus. sensusq; distenditur:
ita tibi aliqd accidit incommutabiliter etno. hoc ē
uere etno creatori meorum. Sicq; nosti in principio
celum & terram. sine uarietate notitiae tuae. ita fecisti.
in principio celum & terram. sine distinctione actionis
tuae. Qui intellegit confitetur tibi. & qui non intellegit ēfite
atur tibi. O quam excelsus es. & humiles
corde s domus tua. Tu enim erigis eli
sos & non cad unt. quorum celsitu
do tuus.

INCIPIT. LIBER. XII.

MULTA SATAGIT COR MEUM
dne in hac inopia uitae meae pulsatum
uerbis sacae scripturae tuae. & ideo
plerumq; in sermone copiosa ē
egestas humanae intelligentiae.
quia plus loquitur in quisitio quam
uentio. Et longior ē peticio quam impetracio. & ope